

56a

JOANNIS JACOBI FICKII

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS
ANATOMIÆ CHIRURGICÆ ET BOTANICÆ PRO-
FESSORIS PVBLCI ORDINARIÏ ARCHIATRI
SAXONICI

FACVLTATIS MEDICINÆ H. T. PRODECANI
PROPEMPTICON INAVGVRALE

DE

USU AQVÆ FRIGIDÆ IN SPVTO
CRVENTO.

J E N Æ,

LITERIS FICKELSHERIANIS,



JOHANNIS JACOBI FICKII

PHILOSOPHIE ET MEDICINÆ DOCTORIS
ANATOMIÆ CHIRURGICÆ ET BOTANICÆ PRO-
FESSORIS PUBLICI ORDINARIJ ARCHICAMERARI

SAXONICI

TACULATUS MEDICÆ H. T. PRODECANI

PROFESSORIS PUBLICI ANATOMIÆ

FRIDERICI IN SPVTO

CRVENO.

MTERS FICKIIHERIANIS



B. C. D.

INter remedia morbis debita quædam reperiuntur simplicissima, paratu facillima, abjectissima, insignis tamen efficaciam ac virtutum nobiliorum, quibus mederi licet promptissime. In sputo sanguinis ab *Aurelio Cornel. Celso, de medicina, l. 4, c. 4, 5, p. 219*, laudari cernimus aquam frigidam, quæ nihil simplicius, vilius, his verbis: *tum si febris urget, danda est sorbitio; & potui aqua, in qua aliquid ex his, quæ album adstringunt, decoctum sit. At si abest febris, vel elota alica, vel panis ex aqua frigida, & molle quoque ovum dari potest potui, vel idem, quod supra scriptum est, vel vinum dulce, vel aqua frigida, sed sic bibendum erit, ut sciamus, huic morbo sitim prodesse.* Et paulo post: *facies sæpe aqua frigida fovenda est.* En egregium frigidæ usum, experientia probatum in hæmoptysi. Talis plerumque vel a plethora, vera aut apparente, febrili casu, nimia rarefactione, motu impetuoso auctoque fluiditatis sanguinis, ortum ducit,

occasionem præbente, ad congestionem in pulmonibus & accumulationem, internarum vel externarum causarum, quorsum istorum emunctorii ratio & debilitatis status, per externa inductus varia conferunt, diversa conditione.

Fontem hujus sanguinei fluxus frequenter esse pulmones, circumstantiæ dicunt, inter quas non infima in Hippocrat. aphor. 13. sect. V. continetur: *qui spumantem sanguinem extusfiunt, iis ex pulmone educitur.* Nec enim aliter pulmonum contenta, nisi tussis, efferuntur, & excreta quævis fluida, nisi spumantia, ab aere intime iis remixto, esse possunt. Sanguini autem misceri aer potest, sive iste ex arteria pulmonali statim in bronchia, sive in venam transeat, & venosus in ista postmodum extravasetur, qui proinde ditissimus aere fluidissimo, elastico, e vesiculis mox suscepto, attenuante & subtilisante, adeoque floridiorem & in motu calorifico vividiorem reddente sanguinem, in istis omnibus adjutum a cordis pressione, & invigoratum a conquassante motu pulmonum reciproco, quo vorticosa globulorum sanguinis purpureorum agitatio augetur, carminanteque vasculorum innumerabilium exilitate. Hinc & purpureus, dilutus, solutior, subito, copiose & sine dolore, innatans aquæ prodit, beneficio copiarum vasæ distendentis, aut motus vehementioris, vel propter siccitatem crassitieci obstruentis disrumpentis, vel acrimoniæ rodentis. Discit autem quietus commorari in vasis, citra profusionem, si in omnibus his causis per naturam vel artem mole imminuitur sanguis. Quod donec fiat, si intempestiva supervenerit adstrictio,

stridio, varia patrantur mala, imprimis sanguinis decubitus in hæc ista corporis loca, vel pulmones, ipsos aut præcordia, quandoque cum internecone: quæ h. m. citius continget, quam a nimio effluxu; hic enim sæpe criticus est, salutem spondens.

Haud convenientius datur auxilium aqua frigida, supra a *Celso l. c.* ordinata, pota pro sitis stimulo. Sive enim sanguinis calorem febriliter aliove modo auctum, copiam, nimiamve ejus tenuitatem consideres, aqua non solum minus suspecta est, sed qualitate sua frigida temperante, incrassante ac condensante dicta moderabitur vitia, diluet acrimoniam siccitatemque humiditate sua, & moderatam inducet fluiditatem. Obstructionem vero a glutinoso aut tartareo fixo tollere vix potest, obstante frigore, quæ & rara esse solet, aut mesenterium, uterum, hepar vel lienem tentat saltim & corripit. Illa autem multo erit efficacior, si & facies hæmoptyci aqua frigida vel foveatur, consilio *Celsi*, retropellente, in raptu præcipue sanguinis versus superiora & caput; vel irrigetur, qua terror revulsorius, sanguinem sistens, excitatur. Salutaris etiam frigida pedum lotio repetita. Topica vero actu frigidissima, perinde ac illam thoraci, cui sunt inimica, dicto *Divi Senis*, applicare, citra noxam haud licet.

Hæc & alia prolixè expositurum esse in dissertatione inaugurali, de *Hæmoptysi*, auguror Clarissimum Dominum Doctorandum,
JOANN. CONRADVM KOCHIVM.
Cujus vitæ & studiorum rationem pro more paucis exhibebimus.

Natus is est *Quedlinburgi*, in civitate olim Han-

seatica, ob sedem Abbatissæ Imperialis adhuc præcla-
ra, anno MDCIC, mensè Majo, parentibus hone-
stissimis, nunc beate defunctis, Patre, IOHANNE HEN-
RICO KOCHIO, Viro integerrimo, & matre, MARIA
SOPHIA, nata Heppelin, matrona virtutibus ornatis-
sima. Hi cum in nostro corporis agilitatem atque
ingenii docilitatem viderent, nihil magis habuerunt
curæ cordique, quam ut in artibus, quibus puerilis
ætas impertiri debet, erudiretur. Usus in eo præci-
pue est privata & solida informatione Domini IERXII,
SubConrectoris, Viro insigniter docti & literis pleni,
nunc piæ memoriæ, & cum porro adolesceret,
in eadem illustri Schola patria, adeptus æque diligentes
studiorum suorum moderatores, Rectorem ECKAR-
DVM, & Conrectorem HORNIVM, Viros in humaniori-
bus & Philosophia præclarissimos, egregie & ita profe-
cit, ut tandem dignus ab iis aliisque civitatis proceribus
eruditis iudicatus fuerit, qui ad publicas acroases mit-
teretur. Contulit ergo se in Athenæum nostrum,
almam hanc Salanam, ubi in Studiosorum album
adscitus est anno MDCCXVII, d. XXX. August. à Pro-
Rectore Magnifico, Domino IOANNE ADRIANO SCHLE-
VOGTIO, Hæreditario in OberRosla, Medico Ducali,
Anatomix, Chirurg. & Botanices Professore Cele-
berrimo. Antequam medicinam aggrediretur, non-
nulla, quæ illi ancillantur, præmittere consultum
duxit. Ideo auscultavit Viros præclarissimos, Dom.
M. LÖBERVM, Facult. Phil. Adjunctum meritissimum,
in ethica & jure naturæ; Excellentissimum Dom.
STOLLIVM, P. P. O. in philosophia prima; Excellentis-
simum

simum Dom. WIDEBVRGIUM, mathematic. P. P. O. in matheſi Hinc ſe contulit ad curſum medicum, & Viri illuſtris, D. G. W. WEDELI, Conſilarii aulici & Archiatri Saxon. ſplendidiffimi, Prax. & Chimia Prof. P. celeberrimi b. m. prælectiones publicas & privatas, præcipue de Chimia & materia medica, ſumma cum utilitate frequentavit. Proceſſit porro ad demonſtrationes botanicas & anatomicas Viri ſupra laudatiſſimi D. IO. ADRIANI SCHLEVOGTII, jam ProRectoris Magnifici, ex quibus, præcipue ſectionibus duorum cadaverum utriuſque ſexus, multum ſe profeciſſe gloriatur.

Haud minori cum fruſtu ab ore pependit Viri Excellentiffimi, D. IO. ADOLPHI WEDELI, Theoretices Prof. P. O. Conſilarii & Archiatri Saxonici, omnes medicinae partes tam publice, quam privatim, ſolide & perſpicue exponentis. Hiſce addidit, quæ commentati ſunt Viri experientiſſimi, DD. HERMANN FRIDER. TEICHMETERVS, Medic. PP. extraord. & phyſ. experiment. ord. excellentiſſimus, in phyſ. & aerometria, anatom. & medic. legali: D. SIMON PAVL HILSCHER, in materia med. & Chimia, D. IOH. SEBAST. STEIBIVS, in inſtitut. Me quoque ſedulo comitatus eſt, ſive Chirurgicas operationes & infantum morbos explicarem; ſive diſſecarem publice tria utriuſque ſexus cadavera & demonſtrarem.

Ita medica doctrina eximie inſtructus, praxeos exercendæ cauſa anno MDCC XXI. domum ſe contulit, & aliquandiu ibi commoratus, uſque dum ſub hujus anni principium in Salanam noſtram reverteretur.

Nuper

Nuper summos in arte salutari honores ambire jussus,
pro consequendis illis FACULTATI medica nomen de-
dit, idque veneranter expetiit. Admissus ad examina so-
lennia, & in iis dignus repertus, cui honores quaesiti
conferrentur, ad profectus suos amplius ostendendos,
Dissertationem de HEMOPTYSI inauguralem, sub prae-
sidio laudatissimi Doctoris, Consiliiarii & Archiatri,
IO. ADOLPHI WEDELI, in cathedra publica habebit,
mensis hujus die xxx. Quem actum solennem ut Ma-
gnificus Dominus ProRector, proceres aulae & aca-
demiae venerandi atque excellentissimi, Nobilissimi
Domini Doctores & magistri, omniumque ordinum
hospites honoratissimi, benevola sua praesentia con-
decorare ac frequentare dignentur, est quod officio-
se & peramanter oro regoque. P. P. in alma Sa-
lana, sub sigillo Facultatis Medicae, d. xxiv.
Octobr. anno M DCC xxiii.



00 A 6374

ULB Halle

002 929 228

3




86

1577







56a

JOANNIS JACOBI FICKII
PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS
ANATOMIÆ CHIRVRGIÆ ET BOTANICES PRO-
FESSORIS PVBLICI ORDINARIII ARCHIATRI
SAXONICI
FACVLTATIS MEDICÆ H. T. PRODECANI
PROPEMPTICON INAVGVRALE
DE
USU AQVÆ FRIGIDÆ IN SPVTO
CRVENTO.

J E N Æ,
LITERIS FICKELSHERIANIS.

